



211 385
Judicium

129
9.
Gregorii Richteri

Gorlicii,

Ministri Ecclesiae patriae
primarii,

de

Fanaticis Sutoris Enthusiastici
Libris :

quorum tituli sunt

1. Morgen Röche im Aufgange.
2. Der Weg zu Christo.
3. Von wahrer Busse/ &c.

ad

avertendas finistras de Ministerio
Gorlicensi suspiciones.

OS (*) SO

G O R L I C I I

Johannes Rhamba excudebat. An. 1624.

R.

Novæ phrasæ novos plerunq; pariunt
errores, novas diffensiones &
nova certamina.

Hinc

Ut scopulum in mari, *dicebat ille,*
sic vitaturum se insolens
verbum.



d. V. 75. 35



I.



Uot continentur lineæ: blasphemia
Tot continentur in libro Sutorio:
Qui nil, nisi picem redolet Sutoriam,
Atrum & colorem, quem vocant Sutorium.
Pfuy, pfuy, teter sit fœtor à nobis procul.

Gravissima pœna locis his imminent:

Impunè ubi feruntur hæ blasphemia:

Impunè ubi feruntur hæ blasphemia:

Impunè ubi creduntur hæ blasphemia:

Impunè ubi, quicquid lubet, fas fingere:

Impunè ubi, quicquid lubet, fas scribere:

Impunè ubi, quicquid lubet, fas spargere:

Impunè ubi, quicquid lubet, fas credere.

Nam vindicabit gloriam suam DEUS

Miraculosè: æternitatem nec sibi

Suam eripi patietur à fanaticis

Sutoribus, cerdonibus, sartoribus,

Uxoribus, Pastoribus, Doctoribus.

Tam pestilens non virus Arrii fuit,

Æternitatem qui negavit Filii:

Quàm pestilens est virus hoc Sutorium,

Æternitatem quod Patri æterno eripit:

A ij

Qua-

Quaternitatem & ore blasphemus astruit.
Eous orbis Arrii ob virus luit
Pœnas adhuc, caligine Mahometicâ
Oppressus: & nos quæ manebunt cœlitus
Pœnæ? nisi severitate debitâ
Pestem procul hanc à Patria fugabimus,
Radicitusq; & funditus extirpabimus.

* *

Evigila tandem, evigila, justissime Judex:
Et majestatem, quæso, tuere DEI.

Anno 1623, d. 7. Mart.

II.

Sutor Antichristus.

Verus sermo meus, dixti, mitissime **CHRISTE**:
Verus sermo meus, perfide Sutor, ais.
Ultri adhibenda fides? tibi, veracissime **CHRISTE**?
An tibi Sutori, stercoribusq; tuis?
CHRISTE, oleo te præ consortibus omnibus unxit
Spiritus, & Mystæ jussit obire vices:
Immundo Satanas sed te fœdavit oleo,
Sutor, & Hæretici jussit obire vices.
CHRISTUS terrigenas docuit cœlestia jussa:
Iste pari Raptus sedulitate docet.

Ad

Ad Verbum duxit nos & Myſteria CHRISTUS:
Quæ verâ capiunt credula corda fide:
Ad Raptus ducit ſubitos & ſomnia Sutor:
Quæ verâ ſpoliant credula corda fide.
Seria tractavit CHRISTUS: ſed ludicra Sutor.
Fastidit CHRISTUS, Sutor at ambit, opes.
Sobrius & vitæ traduxit tempora CHRISTUS:
At Sutor plerunq; ebrius eſſe ſolet.
Abſtinuit CHRISTUS riſu, ſtultisq; cachinnis:
Cum riſu, Sutor, quæ loquitur, loquitur.
CHRISTUS, cùm docuit populum, loca publica adiuit:
Sutor in obſcuris clàm ſolet eſſe locis.
Non voluit CHRISTUS ſibi ſumere Regis honorem:
Sutor, ſi poſſet, Rex foret atq; DEUS.
Non cupiit titulos & inania nomina CHRISTUS:
At Sutor titulis gaudet ovatq; ſuis.
Nomine contentus CHRISTUS fuit ipſe Magiſtri:
Hic Doct̃or dici vultq; Prop̃heta novus.
CHRISTUS aquam vitæ ſitienti præbuit ori:
At Sutor mortis manè frequentat aquam.
Et vinum ſimplex CHRISTUS bibit atq; ſalubre:
Extera Sutori vinaq; aduſta placent.
Ex his Sutozem, velut ipſo ex ungue Leonem,
Si noris, Libros illius annè leges?
Hos fuge, ceu Satanae crepitum, extremumq; furorem,
Incedens Verbi ſimpliciore viâ:

Discipulumq³ ejus, quisquis sit, Nobilis, aut sit
Doct^{or}, seu Sartor, Vir Mulierve, cave.
Organa, CHRISTE DEUS, Satanae confunde, retunde:
Verbum obscurari nec patiâre tuum.

An. Christi 1624.
d. 26. Mart.

III.

Προπεμπλινδν.

GORLICIUM tandem te, Sutor, pellit ab Urbe:
Et jubet ire illac, quâ tua scripta valent.
I properè, i procul hinc, blasphemum os atq³ scelestum:
Qualia te maneant, experière miser.
Oedipus es veluti, quem terræ absorpsit hiatus:
Ne similis maneat te quoq³ pœna, cave.
Hujus enim nocuit quondam ipsa astantibus umbra:
Et tua, crede mihi, pluribus umbra nocet.
Cerinthum hætenus & blasphemo imitatus es ore,
Nil nisi mira coquens, nil nisi dira vomens.
Dum lavat hic, impura facit convicia CHRISTO:
Et furit in verum garrulitate DEUM.
Collapse hunc oppresserunt divinitus ades:
Sicq³ perit Doct^{or}, Discipulusq³ perit.
Nostram incestarunt Urbem tua stercora, Sutor:
O abeant tecum qui tua scripta probant!
Elysiâs etiam fœdasti dogmate terras:
Ist^{ic} hic te excipiet, sat scio, turba virum:

Qi

*Qui quantum reliquis antiquo stemmate præstant:
Tantum aliis præeunt hac novitate sua.*

*Vos autem, illius Socii, vigilate, cavete:
Ne tanti pereant enthea scripta Viri.*

(scilicet)

*Ergo abeas, nunquam redeas, pereas malè, Sutor:
Calceus in manibus sit tibi, non calamus.*

D. 27. Mart. 1624.

Nullus error tam est absurdus: qui non
habeat suos applausores.

Parvus error in principio, sæpè ma-
ximus fit in fine.

Semper eadem in mundo agitur fabula,
mutatis duntaxat temporibus,
locis & personis.

*Videantur historia Annorum
1525. & 1535. & c.*

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1005324 9



SLUB

Wir führen Wissen.

<http://digital.slub-dresden.de/id445468629/12>



GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK